Fragmentarium

[illegible] qui denudat amicitiam [illegible]
amicitiam. Ad amicum et si produxeris gladi-
um: non deſperes. Eſt enim regreſſus ad
amicum. Si aperueris os triſte: non ti-
meas. Eſt enim concordatio excepto conuitio
et improperio et ſuperbia et miſterii
reuelatione et plaga doloſa. In his omnibus
effugiet amicus. Fidem poſſide cum amico
in paupertate illius: et in bonis illius lete-
ris. In tempore tribulationis illius perma-
ne illi fidelis: ut et in hereditate illius
coheres ſis. Ante ignem camini uapor et
fumus ignis inaltabitur: ſic et ante ſan-
guinem maledicta et contumelie. et
minę. Amicum ſalutare non confundar.
et a facie illius non me abſcondam. et
ſi mala michi euenerint per illum: ſuſti-
nebo. Omnis qui audiet: cauebit ſe ab
eo. Quis dabit ori meo cuſtodiam. et ſuper
labia mea ſignaculum certum. ut ne cadam
in ipſis. et lingua mea perdat me. Cap. Lxi.
xxiii Domine pater et dominator uite mee.
ne derelinquas me in conſilio illorum:
nec ſinas me cadere in illa exprobratione.
Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella.
et in corde meo doctrinam ſapientie.
ut ignorationibus eorum non parcant michi. et non
appareant delicta illorum. ne adcreſcant ig-
norantie mee. et multiplicentur delicta
mea. et peccata mea abundent. et incidam
in conſpectu aduerſariorum meorum. et gau-
deat inimicus meus. Domine pater et deus
uite mee. ne derelinquas me in cogitatu
illorum. Extollentiam oculorum meorum ne de-
deris michi. et omne deſiderium auerte

oro

p[illegible] actum ad[illegible]

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/12, fol. [1]v – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8smg/6667/56332)